



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

S. Lamberti Collegivm Cathedrale Leodiense.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

ARNHEMIENSE COLLEGIVM IN
Geldria & d. Ultraiectina.

Collegium Canonicorum Tielense (est
 Cautem Tiela opidum Geldriæ ad Va-
 halim Fluum situm) *Adelboldus Episcopus* ex-
 citauit, quod inde postea Arnhemiu Geldriæ
 Metropolim est translatum.

CAPUT XXI.

S. LAMBERTI COLLEGIVM CA-
thredrale Leodiense.

Illustre istud collegium originem suam
 debet *s. Huberto*, pro vrbis Leodiensis E-
 piscopo, vt potè qui corpus *S. Lamberti* præ-
 decessoris sui anno 709. Traiecto Leodium,
 vnâ cum sede Episcopali, transtulit: vt in vi-
 ta eiusdem *S. Huberti* legitur. *Sigebertus Gé-*
blacensis & alij id referunt ad annum proxi-
 mè sequentem. Ut vt sit, *S. Hubertus* non mo-
 dò collegij istius, sed vrbis Leodiensis condi-
 tor fuit. Collegium & Vrbem mirificè po-
 stea auxit *Notgerus Episcopus*, vt alter quasi
 parens vtriusque meritò habeatur & prædice-
 tur. Qua de re sic legitur, in eiusdem *Notgeri*
 vita, quam ex tabula membranea ad *D. Ioan-*
nis Evangelistæ Leodij pendente descriptam
 in suo Itinerario Belgico *Abrahamus Orte-*
lius edidit: *Notgerus Monasterium B. Lamberti-*

D 3 longè

longè in melius quam antea fuerat immutauit. Ecclesia enim quam Beatus Hubertus edificauit, ad lapsum declinauerat. Hac diruta templum sexaginta Canonicorum, iuxta magnificentiam dilatati cordis sui exaltauit, ornamentis ditioribus decorauit, claustrum & domorum edifica renouauit. In Crucibus aureis, quas Notgerus in dicta Ecclesia Sancti Lamberti etiam fecit, scriptum est hoc metrum:

Certa satus vita Notgerum saluet ubique.

Notgeri successor Baldricus, templum S. Lamberti ab eodem Notgero structum, praesente Heriberto, Coloniensi Archiepiscopo anno 1051. V. Kalendas Nouembris dedicauit.

Sunt autem in vrbe Leodiensi octo illustria Canonicorum Collegia, videlicet Sancti Lamberti, S. Petri Martini, S. Pauli, S. Crucis, S. Ioannis, S. Dionysij, & S. Bartholomei: de quibus suis infra locis dicetur.

Ceterum memorabile est, quod rerum Leodiensium scriptores tradunt, vno eodemque tempore, cum nimirum Innocentius II. Papa Leodium venisset, Sancto Bernardo Abbatte Clarevallensi comitante, refedisse in Basilica Sancti Lamberti, Regum filios noue, Ducum quatuordecim, Comitum triginta, inferioris ordinis nobilium Canonicos septem, omnes numero sexaginta: quorum nomina leguntur in tabula ad latus aræ summæ in templo Diui Lamberti suspensa.

s. PF-